227
1

PORCII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LENTULUM SERVIUM CATILINAM.

Si quid unquam apud Deos immortales, sanctissimi iudices, nobiscum
aliquando valuissemus, iam dudum consequeremur Rempub: nostram
florentissimam, et cives nostros haberemus tum studiosos rerum gerendarum,
tum ipsos simul ac virtutis amantissimos. Atque temporis nimia
laetitia fruentes, tum omnes omnes dicendi vires nostras in laudem summorum
atque optimorum civium commendandas converteremus. Nihil enim flammis animo
dignius, nec authoritate maiorum, nec opinione populari qua in eo
genere versari forensis exercitationis, quae tamen laudes egregias summorum
hominum posset, atque animos inflammare nostrae civitatis ad
imitandum. Verum ea dicendi voluptas olim sapientissimo viro M.
Catoni plane contigerit, nec non et Galbae, Scipioni, Gracchis, Hortensio,
Crasso atque Anthonio, summis atque ornatissimis oratoribus, quorum
tempora singulari praestantia virtutum, ac studio prope incredibili pulchorrimarum
artium floruerant, nobiscum vero summa necessitate ageretur, si
modo tum adessemus, ab illa modestia temporum atque hominum atque
hominum, nec invidissemus in atrocissimos fluctus Reipub: ac miseranda
temporum calamitate. M. siquidem Catoni aut Scipioni coetaneo
suo monumentis immortalibus huius urbis, et sine dubio clarissimis
luminibus temporum suorum de legibus dicendum erat, de institutis maiorum,
de gloria militari, praesertim de laudibus, atque victoriis. Nobis vero
devenimus in haec turbulenta temporum seditione sublata est omnis
materia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut iucundissimi sermonis,
aut conciliandae benevolentiae popularis. Nam siquando vox nostra
sive a foro, sive a curia desideratur, dicendum est plerumque nobis aut
de miserrimis huius patriae calamitatibus, aut de nefariis oppressionibus
civium, aut de perdita iuventutis nunc impudicitia flagitiosa, nunc
ignavia singulari. Quae res postulat quanta iudices redundatio sit
vos estis testimonio iudices. Quorum aures ~~[illegible]~~ caluerunt assidui,
late fama quotidiana, ac pene incredibilium civium querelarum.
Diximus eadem ante paucis diebus, ut plurimum meminisse potestis, de
L. Statilii immanitate, atque audacia furiosissimi hominis,
et sine dubio crudelissimi, cuius te senatu sica perditis desperat